Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Qui hoc quod dei esse cognouerant diaboli esse clamabant.
Amen dico uobis. quomodo omnia dimittentur filiis hominum pecca
ta. et blasphemie quibus blasphemauerint. Omnia peccata et
blasphemie non passim dimittuntur omnibus hominibus sed his qui
dignam perratibus suis in hac uita penitentiam egerunt neque ullum
habet locum praue assertionis uelut nouatianus ut peniten
tibus eis qui martyrio lapsi sunt ueniam neget esse tribuenda
ut origenes asserit post iudicium uniuersale transactis licet
seculorum uoluminibus innumeris. cunctos peccatores ac blasphe
mos ueniam peccatorum esse consecuturos atque ad regnum celeste per
ducendos. Cuius errorem sequentia quoque domini uerba redarguunt
cum subditur. Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum
non habet remissionem in eternum sed reus erit eterni delicti. Qui ergo
manifeste intellegens opera dei cum deuirtute negare non possit
stimulatus inuidia calumpniatur. et xpm dicique uerbum. et opera spiritus
sancti dicit esse beelzebub. isti non dimittetur neque in presenti seculo neque
in futuro. non quod negemus et ei si penitentiam agere uoluerit posse
dimitti ab eo qui uult omnes homines saluos fieri et ad agniti
onem ueritatis uenire. sed quod ipsi iudici et largitori uenie creden
tes qui et se penitentiam semper accepturum et hanc blasphemiam
nusquam dicit esse penitenda credamus hunc blasphemum exigen
tibus meritis sicut nunquam ad remissionem. ita nec ad ipsos digne peni
tentie fructus esse peruenturum iuxta hoc quod iohannes euglista de
quibusdam blasphemie sue merito excecatis ueracissime scripsit.
Propterea non poterant credere. quia iterum dixit esayas excecauit ocu
los eorum et induraui eorum cor ut non uideant oculis et intellegant
corde et conuertantur et sanem illos. Sola ergo blasphemia in spiritum
sanctum qua quisque in similitudinem diaboli et angelorum eius contra con
scientiam suam maiestatem deitatis oppugnare non trepidat non habet